

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

F. Iacobus Sprenger prouincialis ordinis praedicatorum Ioanni Reuchlin LL.  
doctori S. D. [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

I O. R E V C H L I N. L I B E R S E C V N D.

doctrinæ ac scientiæ gratia facile subibant. Tam nobilem opinionem maximèq; homini conuenientem & rationi consentaneam non modo in animo fixe habes, sed re etiā in tibi charissimo exercitus es. Quamobrē & tu uir optime multa commendatiōe & admiratione merito dignus es, & nos cum tua tum ipsius pueri causa qui nobis ingenuus est uisus, eum benigno & alacri animo & uidimus ac suscepimus, & om̄em operam imp̄editimus, ut cum uiro graui & doctrina & bonis moribus p̄ditio maneret. Atq; in posterum quicquid poterimus libenti animo in eum conferemus; ut non modo humanitatis officio quantū in nobis est satisfaciam⁹, uerum etiam & rem gratā tibi & Principi tuo faciamus, qui tam diligenter ipsum cōmendauit. Cui & nos pro humanitate tua cōmēdabis, & nostram operam si quid possumus ultro offeres. Bene sc̄elicit ergo uale. Die xvi. Junii. M. CCCC. xci. Florentiae.

F. Jacobus Sprenger Prouincialis ordinis Prædicatorum Ioanni Reuchlin LL. Doctori S. D. & syn

cerum in Domino affectum.

**T**V A S doctissime Legum professor literas humanitate refertas, recepi. Tuum deniq; defyderiū, quo libello gr̄cis apicibus descripto langues amplexatus, negare nō ualeo. Reperi ad tuam uoluntatē inclinatissimos conuentus Basiliensis patres, qui potius codice q; tuæ uoluntatis beneplacito care re uolunt. His tamē adiectis conditiōibus, ut ad usum tuū quoad uixeris sit, ut si casu perditus fuerit, non tibi, ipsis aut̄ sit amissus. Si uero tuis in extremis, apud te remanferit, tuum erit ut p̄fato restituatur conuentui prouidere, & ex tuis codicibus alterum pro ornatu Librariæ adicere. Non aurum, non argentum, sed uicissitu dinis loco tuum amplexamur affectum, utq; te exauditū ob p̄ces suas nobilis & generosus tuus nosterq; dominus Comes Eberhardus de Württemberg senior intelligat, effice. Tua mihi studiosissima placet translatio, & chartæ ut manum adponas dum hora uacauerit pro mei consolatione oro. Vale & tuum in me sentiam affectum. Ex Basilea ultima Augusti, Anno M. cccc. lxxxviii.

F. Petrus Siber Prouincialis ordinis Prædicatorum  
Io. Reuchlin LL. Doc. amico charissimo S.D.S.

P